

N. 7.

A. D. 983.

(giugno, Indiz. XI).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatario</i>	Amatus cler. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio irregol.: alt. 0,58, largh. d. c. 0,29, d. p. 0,25. Poco corrosa nelle sottoscrizioni.
<i>Scrittura</i>	Corsiva.
<i>Contenuto</i>	Paone, archiepiscopus sancte sedis Canusine et Brundusine, dà a censo a Leone, f. Argeri, di Bari, la chiesa di s. Martino in Triggiano, per anni 29.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine domini nostri iesu christi dei eterni. Vicesimo quarto anno imperii domini
Basilii et vicesimosecundo anno cum eo regnante domino Constantino sanctissimis impera-

(4) V. Carta n. 4, nota 3. Qui è abbreviato qd, col q tagliato orizzontalmente in gambo.

(5) V. Carta n. 1, nota 10.

toribus nostris mense iunius undecima indictione. En ego Pavone gratia dei archiepiscopus. tertio anno presulatus mei. sancte sedis Canusine et Brundusine ecclesie. Una cum Bisantium iudicem advocatorem sancte nostre ecclesie. et cum consensu Johanni archipresbiteri nostri et omnium presbiterorum seu diaconorum et clero nostre sedis. per ferulam seu per hunc videlicet scriptum libellarii. dedi atque tradidi tibi Leoni f. Argeri de civitate Vari. hoc est enim integralm ipsam plevem nostri episcopii quod avemus in loco Triviano. Cum ipsa eccllesia cuius vocabulum est sancti Martini episcopi et confessoris. que fundata est in eodem loco Triviano. et cum curti. et ortalis. et pomis. et olibe. et cum omnibus finibus et pertinentiis suis. et cum inferius superiusque suis. cum trasitis et exitis suis. et cum omnia infro se habentes. et cum populo suo. et civaria sua et offertione sua. et cum omni dominio et beneficio suo. sub hoc namque ordine. ut amodo et usque ad viginti nove anni expleti. in tua sit potestatem. sedere. avere. dominare. ordinare. et facere quod volueritis. tam tu qs. nominato Leone. quam et qui per partem tuam ipsam predictam plevem cum supradicta eccllesia et cum omnia sicut super per ordinem legitur tenere paruerit. vel post obitum tuum similiter in eius sit potestatem. dominare et facere exinde omnia quod voluerit. sicut suprascriptum est usque ad predicti vigintinobem anni. post completi vero ipsi vigintinobem anni. redeat ipsam plevem cum ipsa nominata eccllesia et cum omnia sicut per ordinem legitur in potestate nostri episcopii. illiusque rectoribus. sic tamen. ut annualiter detis michi vel ad posteros meos pro censum unum parium de obblate. Unde obligo me qs. Pavone episcopus. et meis successoribus tibi qs. Leoni tuisque heredibus vel cui a te datam vel ordinatam fuerit seu paruerit ipsam predictam plebem cum iamdicta eccllesia et cum omnia sicut super per ordinem legitur ab omnibus hominibus inantistare et defendere. quod si nos vobis antistare et defendere non potuerimus aut si nos ipsis per quolivet ingenium retornare aut removere quesierimus per qualiscumque inventa ratione vel ingenium. obligata pena subiaceamus dare vobis viginti constantinos solidos. et per invitum usque ad predictum constitutum apud vos taciti permaneamus. Et quam enim scriptum libellarium usque ad predicti ipsi viginti novem anni firmum et stavilem permaneat. quam tibi Amatus clericus atque notarius tali ordine scrivere rogavimus intus civitate Vari.

[† ego] Paone indignus episcopus sancte sedis Kanusine e Brundisine eclesie

[†] ego qs. Bisantius iudex

[† ego Johanne]s archipresbiter sancte Barine eclesie

† ego Lilius indignus sacer et abbas. nec non et primicerius istius episcopii Barine eclesie

† ego Donatus indignus presbiter et abbas

† ego Eustasius diaconus consensi

† Ego Ramphus subdiaconus consensi

Ego Siphandus archisubdiaconus consensi.